

ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternaeque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquáalitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communió

Manducavérunt, et saturári sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo. (Ps 77:29-30)

1. Atténdite, pópule meus, doctrínám meam; inclináte aures vestras in verba oris mei.

2. Quanta audívimus et cognóvimus ea, et patres nostri narravérunt nobis, non occultábimus a filiis eórum.

3. Generatióni álteri narrántes laudes Dómini et virtútes ejus et mirabília ejus, quæ fecit.

Postcommunió

Quaesumus, omnípotens Deus: ut, qui coeléstia aliménta percépimus, per hæc contra ómnia adversa muniámur.



Sūnumi ir Šventaja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubimai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Jie pavalgė ir buvo labai pasotinti, ir Viešpats įvykdė jų troškimą; jie nėra savojo troškimo apgauti. (Ps 77:29-30)

1. Klausykis, mano tauta, mano mokymo; klausykis ištempus ausis mano burnos žodžių.

2. Apie dalykus, kuriuos girdėjome ir žinojome, apie kuriuos mums tėvai mūsų pasakojo. Neslėpsime jų nuo savo vaikų.

3. Būsimai kartai pasakosime apie Viešpaties galybę ir jo darbus šlovingus, ir stebuklus, jo padarytus.

POSTKOMUNIJA

Prašome, Visagali Dieve, kad mes, kurie dangiškąjį peną priėmėme, per tai būtume apsaugoti nuo visų priešiškimų.

Proprium Missæ DOMINICA QUINQUAGESIMÆ V SEKMADIENIS IKI KANČIOS LAIKO



Introitus

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii, ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum et refúgium meum es tu: et propter nomen tuum dux mihi eris, et enútries me.

Ps. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me et erípe me. (Ps 30:3-4, Ps 30:2)

Collecta

Preces nostras, quaesumus, Dómine, cleménter exáudi: atque, a peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitaté custódi.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios (1 Cor 13:1-13)

Fratres: Si linguis hómínium loquar et Angelórum, caritatém autem non hábeam, factus sum velut æs sonans aut cýmbalum tínniens. Et si habúero prophétiam, et nóverim mystéria ómnia et omnem sciéntiam: et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam, caritatém autem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, caritatém autem non habuero, nihil mihi prodest. Cáritas patiens est, benígna est: cáritas non æmulátur, non agit pérperam, non inflátur, non est ambitiósá, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat

INTROITAS

Būsi man Dievas gynėjas ir prieglobsčio vieta, kad mane išganytum; kadangi Tu esi mano tvirtybė bei mano prieglobstis; ir dėl savo vardo būsi mano vedlys bei pamaitinsi mane.

Ps. Tavimi, Viešpatie, vyliausi, tenebūsiu sugėdintas per amžius; tavajame teisingume išlaisvink mane. (Ps 30:3-4, Ps 30:2)

KOLEKTA

Prašome, Viešpatie, mielaširdingai išklausyk mūsų maldavimus ir mus, iš nuodėmių pančių išvaduotus, nuo bet kokio priešiškumo apsaugok.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams. (1 Kor 13:1-13)

Broliai: Jei kalbėčiau žmonių ir angelų kalbomis, bet neturėčiau meilės, aš tebūčiau žvangantis varis ir skambantys cimbolai. Ir jei turėčiau pranašystės dovaną ir pažinčiau visas paslaptis ir visą mokslą; jei turėčiau visą tikėjimą, kad galėčiau net kalnus kilnoti, tačiau neturėčiau meilės, aš būčiau niekas. Ir jei išdalyčiau vargšams visa, ką turiu, jeigu atiduočiau savo kūną sudeginti, bet neturėčiau meilės, – nieko nelaimėčiau. Meilė kantri, meilė maloninga, ji nepavydi; meilė nesididžiuoja ir neišpuiksta. Ji nesielgia netinkamai, nieieško savo naudos, nepasiduoda

malum, non gaudet super iniquitate, congáudet autem veritati: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cáritas numquam éxcidit: sive prophétiae evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus. Cum autem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quando autem factus sum vir, evacuávi quæ erant párvuli. Vidémus nunc per spéculum in ænigmate: tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognóscam, sicut et cógnitus sum. Nunc autem manent fides, spes, cáritas, tria hæc: maior autem horum est cáritas.

Graduale

Tu es Deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in géntibus virtútem tuam.
V. Liberásti in bráchio tuo pópulum tuum, filius Israel et Ioseph. (Ps 76:15; 76:16)

Tractus

Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia.
V. Intráte in conspéctu eius in exsultatióne: scitóte, quod Dóminus ipse est Deus.
V. Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos autem pópulus eius, et oves páscuæ eius. (Ps 99:1-2)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam (Luc 18:31-43)
In illo témpore: Assúmpsit Iesus duódecim, et ait illis: Ecce, ascéndimus Ierosólymam, et consummabúntur ómnia, quæ scripta

piktumui, pamiršta, kas buvo bloga, nesidžiaugia neteisybe, su džiaugsmu pritaria tiesai. Ji visa pakelia, visa tiki, viskuo viliasi ir visa išveria. Meilė niekada nesibaigia. Išnyks pranašystės, paliaus kalbos, baigsis pažinimas. Mūsų pažinimas dalinis ir mūsų pranašystės dalinės. Kai ateis metas tobulumui, pasibaigs, kas netobula. Kai buvau vaikas, kalbėjau kaip vaikas, mažiau kaip vaikas, protavau kaip vaikas; tapęs vyru, mažiau tai, kas vaikiška. Dabar mes regime lyg veidrodyje, mūsų pavidalu, o tuomet regėsime akis į akį. Dabar pažįstu iš dalies, o tuomet pažinsiu, kaip pats esu pažintas. Taigi dabar pasilieka tikėjimas, viltis ir meilė – šis trejetas, bet didžiausia jame yra meilė.

GRADUALAS

Tu esi Dievas, kuris vienintelis darai stebuklingus dalykus; tavąją galybę padarei žinomą pagonių tautoms.
V. Tavąją ranka išlaisvinai savo tautą – Izraelio ir Juozapo vaikus. (Ps 76:15; 76:16)

TRAKTAS

Džiaugsmingai šlovink Viešpatį, visa žeme, džiaugsmingai tarnauk Viešpačiui.
V. Šokinėdami iš džiaugsmo, įženkite į Jo akivaizdą; žinokite, kad pats Viešpats yra Dievas.
V. Jis mus sukūrė, o ne mes patys save; tačiau mes esame jo tauta ir jo ganomos avys. (Ps 99:1-2)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 18:31-43)
Anuo metu Jėzus pasišaukė Dvylika ir tarė: „Štai mes einame į Jeruzalę, ir ten išsipildys visa, kas pranašų parašyta apie

sunt per Prophétas de Filio hominis. Tradátur enim Géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur: et postquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intellegébant quæ dicebántur. Factum est autem, cum appropinquáret Iéricho, cæcus quidam sedébat secus viam, mendicans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat, quid hoc esset. Dixérunt autem ei, quod Iesus Nazarénus transíret. Et clamávit, dicens: Iesu, fili David, miserére mei. Et qui præíbant, increpábant eum, ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans autem Iesus, iussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset, interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciem? At ille dixit: Dómine, ut vídeam. Et Iesus dixit illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

Offertorium

Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas: in lábiis meis pronuntiávi ómnia iudícia oris tui. (Ps 118:12-13)

Secreta

Hæc hóstia, Dómine, quaesumus, emúndet nostra delícta: et, ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet.

Præfatio de sanctíssima Trinitate
Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens,

Žmogaus Sūnų. Jis bus atiduotas pagonims, išjuoktas, paniekintas ir apspjaudytas. Tie nuplaks jį ir nužudys, bet trečią dieną jis prisikels“. Tačiau jie nieko nesuprato; tos kalbos prasmė jiems liko paslėpta, ir jie nesuvokė, kas buvo sakoma. Kai Jėzus prisiartinio prie Jericho, šalia kelio sėdėjo neregys elgeta. Išgirdęs praeinančią minią, jis paklausė, kas tai būtų. Jam pasakė, jog praeinąs Jėzus Nazarietis. Tuomet neregys ėmė šaukti: „Jėzau, Dovydo Sūnau, pasigailėk manęs!“ Ėję priešakyje draudė jį, kad tylėtų, bet tas dar garsiau šaukė: „Dovydo Sūnau, pasigailėk manęs!“ Jėzus sustojo ir liepė jį atvesti. Jam prisiartinus, Jėzus paklausė: „Ko nori, kad tau padaryčiau?“ Šis atsakė: „Viešpatie, kad praregėčiau!“ Jėzus tarė: „Regėk! Tavo tikėjimas išgelbėjo tave“. Tas bemat praregėjo ir nulydėjo jį, garbindamas Dievą. Tai matydami, visi žmonės šlovino Dievą.

OFERTORIUMAS

Palaimintas esi, Viešpatie, mokyk mane savųjų įstatų; savo lūpomis paskelbiau visus tavo burnos sprendimus. (Ps 118:12-13)

SEKRETA

Prašome, Viešpatie, tegu ši auka nuvalo mūsų nusižengimus ir Aukos šventimui tavo pavaldinių kūnus bei sielas pašventina.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo